Mythologia, Padoue, 1616 - 25 : La Nuit et le Sommeil

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

Images, Lyon, 1581 - 52 : La Nuit et le Sommeil *a pour adaptation ce document*

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

Imagini, Venise, 1571 - 53 : La Nuit et le Sommeil *a pour adaptation ce document*

Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

Mythologie, Lyon, 1612 - 18 : La Nuit et le Sommeil *a pour alternative ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia*Padoue, 1616 - 25 : La Nuit et le Sommeil, 1616

Consulté le 25/12/2025 sur la plate-forme EMAN :
https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7744

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Pagination

- p. 119
- p. 121

Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7744?context=pdf

Fichier issu d'une pa

Veranda veranda Nox,
Quæ das ſomnia miſeris mortalibus
Ex Erebo veni, cede cede volucris.

Et Orpheus ad inferos lucem mittere, ac rurſus ipſam ad illos accedere ſcribit in eodem carmine:

ἣ φάος ἐκπέμπεις ὑπὸ νέρτερα, καὶ πάλιν φεύγεις
Εἰς ἀΐδην.

Quæ lucem pellis ſub terras, rurſus & ipſa
Tartara nigra petis.

Huic vbi ſacrificaretur, mos fuit vt Gallus immolaretur, tanquam animal ſilentio aduerſarium, vt ait in libro ſecundo de Diis Theagenes. Multi Noctis filii fuiſſe commemorantur, nam & Rabiem eius filiam fuiſſe ſcripſit Euripides in Hercule inſano:

θυγατέρα νυκτὸς τήνδ᾽ ὁρῶντες ἔκγονον
Λύσσαν γέροντες.

Rabiem ſenes hanc nocte natam ſidite
Cuncti videntes.

Sic etiam Rixam ſiue contentionem atque inuidiam eius filias vocauit Heſiodus in operibus & Diebus inquiens:

τὴν δ᾽ ἑτέρην προτέρην μὲν ἐγείνατο νὺξ ἐρεβεννή.

Namque illam primam pariens Nox edidit atra.

& quæ in hanc ſententiam ſequuntur. Deinde idem poeta in Theogonia multos ſcripſit fuiſſe noctis filios quaſi ſubuentaneos: vt eſt in his verſibus:

Νὺξ δ᾽ ἔτεκε στυγερόν τε μόρον, καὶ κῆρα μέλαιναν,
καὶ θάνατον, τέκε δ᾽ ὕπνον, ἔτικτε δὲ φῦλον ὀνείρων,
οὔτινι κοιμηθεῖσα θεὰ τέκε νὺξ ἐρεβεννή.

Nox peperit Fatumq́; malũ. Parcamq́; nigrantẽ.
Et Mortem, & Somnium, diuerſaq́; Somnia natos

Hos

Digitized by INTERNET ARCHIVE
Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7744?context=pdf

ὄυτε γὰρ εὐχῶς σὺν πείθει μένος, ὄυτε λιταῖσιν
Nec prece, muneribus nec tu placabilis vlli :

Induta erat veſte ſtellata, quę erat atri coloris. Hanc miris laudibus antiqui ſapientes extulerunt, vt ſolam portum ſedemque tutiſſimam quietis. Hæc multis corporis morbis nos liberat. hæc tyrannorum crudelitati ſubtrahit, hæc principibus adęquat, hæc omnibus viris bonis iucundiſſima accidit, niſi quantum naturæ leges repugnant: neque quiſquam eſt, quin eam lętiſſimo animo excipiat præter ſceleratos, qui grauiora ſe paſſuros eſſe poſt mortem iam nunc viuentes augurantur & quaſi præſentiunt. Huius laudandæ ampliſſimum & vberrimum argumẽtum habuit Alcidamus, qui orationem compoſuit de laudibus Mortis. hanc multis rationibus æquo animo ferendam eſſe demonſtrauit Plut. in conſolatoria : & profecto nihil aliud eſt vita, quàm vſura lucis à Deo nobis mutuo conceſſa, quę ſi repetatur, non ęgrius ferendum eſt, quam ſi in domum amici profecti veſperi domum noſtram redire: aut inſtrumentum mutuò acceptum, reddere domino iubeamur : quare nulla certe nobis fieret iniuria ſi à Deo quod ſuum eſt repetatur : de qua quoniam nihil myſtice dictum ab antiquis video, reliqua quę de illa dicuntur fabuloſe prętermittere decreui, & de Somno pertractare.

De Somno. CAP. XIIII.

QVOD Somnus ex Erebo Nocteque natus ſit, dictum eſt iam ſuperius: cui prę-ter ſupradictas Mortem ſororem etiam addidit Orpheus. Huic ἐλπίδας ſiue ſpes ſorores quidam ex antiquis iniunxerunt. Hunc tamen non ab inferis, ſed è cœlo miſſum fuiſſe ad Palinurum ſcripſit Virgilius libro quinto :

Digitized by INTERNET ARCHIVE
Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7744?context=pdf